evadendi subterfugiendique. Imo se cum successoribus suis omnibus in eisdem eius bonis sibi et suis successoribus de tali pecuniarum summa obligatam recognovit et abdicavit. Quod ut est firmatum est.

Koczimowska quietat Sliwniczkie

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosa Barbara Koczimowska relicta consors olim Generosi Joannis Casparis Koczimowski in pallatinatibus Terrae Districtibus Terrebus Russiae quibus suis propriis ac foro competenti recedendi fuit ad praesens Castrensi Praemisliensi Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis omnibus quo ad hunc actum attinet incorporando et subjiciendo sana mente et corpore existens palam et per expressum recognovit. Quia a Generosis Venceslao et Martino Sliwniczkie cum successoribus legitimis olim Generosi Stanislai Sliwniczki summam Ducentorum viginti florenorum pecuniae numeratae polonicalis ipsi et olim Generoso Anna et Thyrawa in hunc illorum actibus Terrestris Praemisliensibus inscriptam in bonis totalibus et integra villa Sliwnicza assecuratam totaliter et in effectu recepit ac manualiter levavit ratione cuius exemptionis eosdem Sliwniczkie quietat liberosque ac immunes fore cum ipsorum successoribus perpetuis temporibus dimittit. Inscriptionemque praefatam Terrestrem Praemisliensem super praefata summa sonantem cum omnibus eius conditionibus in toto cassat mortificat annihilat obliterat perpetue et in aeternum sibi et successoribus suis rationes praemissorum perpetuum imponendo silentium. Qua sua praesenti recognitione mediante Quod ut est firmatum est.

Sliwniczki Koczimowska

Comparentes personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Martinus Sliwniczki suo et Venceslai fratris sui germani nominibus ac ...

Terrae Districtibus Terrebusque suis quibus sub propriis ac foro competenti recedendi fuit ad praesens Castrensi Praemisliensi Jurisdictioni se cum successoribus bonisque omnibus quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet incorporando et subjiciendo sana mente et corpore existens palam ac per expressum recognovit. Quia Generosae Barbarae relictae Consorti olim Generosi Joannis Casparis Koczimowski et eius successoribus bona sua ... quatuor Cmethones et subditos suos sub possessionatos quos sibi elegerit in villa Sliwnicza existentes cum omni iure dominio et proprietate omnibusque eorundem attinentiis et pertinentiis fructibus censibus proventibus laboribus ac generaliter universis utilitatibus nihil excipiendo et reservando in summa Ducentorum viginti florenorum pecuniae numeratae polonicalis hinc ad festum Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime venturum obligavit invadiavit ac iure obligationis inscripsit praesentibusque obligat invadiat ac inscribit. Et in defectu solutionis exemptionis eius tunc ad aliud simile festum et sic consequenter de Anno ad Annum Annis sese sequentibus usque ad exemptionem et summae praefatae plenariam et omnimodam consummatam persolutionem ex certo Terrestri Dato et admittendo eidem cum ex nunc coram officio praesenti in bona praefata obligata realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem ac in bonis eisdem deputandum per Ministerialem pallatinatus Russiae Generalem quem ad ipsum ab officio praesenti cum ad eis addito arreptabit Datum et admissurum se inscribit sub vadio Ducentorum et viginti florenorum pecuniae numeratae polonicalis. Per ipsam Koczimowska et eius successores bona praefata obligata in summa praeexpressa cum omni quo supradictum est iure dominio et proprietate tenenda habenda possidenda per se ipsamque suo et successorum suorum meliori et utiliori commoditate fruenda ad festum Conversionis Sancti Pauli apostoli proxime venturum. Et in defectu solutionis exemptionis eius tunc ad aliud simile festum et sic consequenter de Anno in Annum Annis se sequentibus usque ad exemptionem et summae praefatae plenariam et omnimodam consummatam